

**I**N Nomine Domini, Amen

1694 Indict. *duodecim* die *mercurij* *del.* octavo *mensis* *Junij* in *ter.*  
Coram *D. G. D. Jo. Bapt. Aronati* I. C. Collegiato, & Vicario  
Prouisionum Communis Mediolani, pro tribunali sedente &c.

Comparet *Alexander Homodeus* *f. Joh. Bapt. Aronati* *p. D. Vic. part. P. Georgij*  
*in Pallari m. tui*

*Et* semper saluis &c. volen. *Et* cupien. cum effectu vii, *Et* gaudere beneficio  
prouisionum cōis Mediolani, *Et* No. Constit. factarum super acquisitionibus,  
necnon venditionibus, *Et* alienationibus bonorum, *Et* rerum immobilium, *Et*  
iur. iam ad infra scripta bona, *Et* iura sibi, *Et* posteris suis libera conseruandū,  
quān etiā vendendū, et alienandum liberē, *Et* sine onere alicuius fideiussionis  
præstande, *Et* etiam ad omnem alium bonum finem &c. In scriptis dat bona,  
*Et* iura inferius descripta, terminata, et coherentia, *Et* de quibus datum ha-  
buit modo quo in fine, *Et* que possessa fuerunt, *Et* possidentur ut infra, *Et* ulte-  
rius iurat ad sancta Dei Evangelia &c. coram pref. D. Vicario, *Et* in eius, *Et*  
meis Notarij infra scripti manibus, in anima, *Et* super animam, *Et* conscien-  
tiam suam, quod ipse dicta, *Et* infra scripta bona, *Et* iura, que ad cridam po-  
nere uult verē, *Et* realiter, *Et* nomine suo proprio, *Et* non alieno, possidet, vel  
quasi possidet, *Et* ad sui commotum, *Et* quod sua scientia aliqua unio, seu se-  
paratio, uel diuisio ab anno uno citra facta non fuit de eis bonis, *Et* iuribus in-  
fra scriptis, salvo, ut infra. Quare pref. Comparens petit à pref. D. Vicario, ut  
sono tuba premissa per tubatores, seu precones Communis Mediolani, seu ali-  
quem, vel aliquos ex eis etiam in solidum, ita ut occupantis non sit melior con-  
ditio, et quod quicquid aliquis, seu aliqui eorum inceperit, seu inceperint, alius,  
seu alij prosequi, *Et* finire possit, seu possint publicas cridas requisitas ex for-  
ma dictarum prouisionum, *Et* No. Const. fieri faciat ad scalas Pallarij Præ-  
torij Mediolani hora sextæ, vel circa, seu hora vesperarum vel circa, *Et* de die  
clara, ad loca solita ciuitatis Mediolani, ubi crida fieri solent, *Et* etiam in cō-  
strata domus habitationis pref. *Alexandri Homodei*

*fit ut supra, Et* hec omnia in presentia duorum  
testium, *Et* etiam tribus vicibus in una hebdomada, diuersis tamen diebus, *Et*  
alijs tribus vicibus in alia hebdomada sequenti diuersis diebus, *Et* una vice in  
altera ex ipsis hebdomadis in *locis Paderni et Cusani p. D. Vic. d. d.*

*Mediolani, in quibus sita sunt dicta, Et* infra scripta bona, *Et* iura ad cridas ponenda